



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Amatorium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

## DE MANDRAGORA. CAP. XXXVI.

*Quin & pernicio-  
sam si Dio-  
scoridis cra-  
dendum, vomitum  
cuius, quod  
negat Mai-  
stro. us.*

Multa super Mandragora dicenda essent, sed ea vel insuavia, vel abhorrenda; quarum in iisque

humano geneti perniciem afferunt, temperamento utendum est, quoniam etiam nescire quis

dam inter virtutes reponi solet.

## SOMNICULOSUS. CAP. XXXVII.

*Strategia-  
ma belli-  
cum Anni-  
bali.*

ID omnino non dissimulabimus somniculosum hominem per id genus herbam significari, propter ea quod vis ejus media est inter venenum & soporem. Nam si quis vinum ea medicaverit, probabilius in modum adeo somnum inicit, ut expirasse credatur, memorabili Annibali exemplo, qui missus à Carthaginensibus in Afros qui rebellaverant, non ignarus ille gentem esse vini similem, magnum ejus modum mandragora permisit, mox leviter cum eis commissio praelio ex industria cessit, nocte inde intempesta relicta intra castra quibusdam sarcinis, & eo vino quod infec- rat, fugam simulavit: cumque Barbari occupatis castris gaudio effusi medicatum vinum hauissem, jacerentque strati defunctorum, reversus Annibal nullo negotio eos trucidavit: Rem Fronto exemplis suis adjectit. Quod vero ponit historia vinosos Afros, Cyprianus quoque de Afros, qui suorum bibacitate multa conqueritur, que propemodum jam, ut nunc apud Germanos, in civilius laudum locum irrepisset. De soporifera vero Mandragora vi Medici multa tradidere, id est, principium, quod plurimus & efficacissimum est ejus usus in soporandis iis qui vel inutendit vel scandi sunt: altissimum enim per quatuor termes horas somnum, potionem ita medicata exhausta, perfervare, ut neque ignem neque ferrum sentiant.

## AMATORIUM. CAP. XXXVIII.

*A Diisco-  
ride l.4.c.  
6.. Radix  
Mandra-  
gora de-  
scriptio.  
Nimirum  
et Mattheo-  
le in Diise-  
li.4.c.61.*

PROPOSUI de veneficiis à mandragora nihil me dictorum, praesertim ea quæ pertinent ad amu- ria, de quibus aliquid omnino habetur in sacris literis: sed nunc majoris illud curæ pretium es- se duco, ut radicis ejus figuram, non temere tam insignem à Deo, sive à natura, ducente Deo, co- formatam enaret: cuius altera est virili specie, capite capillamente veluti quodam undecomque cooperito, pube etiam densissimis radicularum filis pudenda virilia cooperiente. Altera feminis, iisdem velamentis, si quis curiosus rem ipsam inspectare voluerit, natura miraculum oculatissi- bus, quotidianis testimoniorum veritatem ipsam comprobantibus. Quod miras à quibusdam tam pertinaciter negari, cum praesertim vulgariter sit, Pythagoram herbam hanc *αἰδηνίην*, quæ appellat- se, quo vocabulo nihil manifestius ad humani corporis formam extimendam. Sed si De placet, Pythagoram isti dicunt mysticum aliud per id nominis intellectu, eam quippe Philosophi loca- tionem ad poma ea spectare, quæ putant nonnulli Melenzana esse, quod ovalis figura sit, ac perinde testibus assimilentur. Lexis hæc est conjectura, siquidem *ωτερον* utriusque generis vocabu- lum est, testiculi vero forma ad marem tantum pertinet. Sed quod arbitrii videatur Hermolius Barbarus, vir undecimus, doctissimus, Melenzana apud Ligures, quasi mala insana dicit, quam quidem conjecturam, ut inferius apparbitur, puto cum ex Columella de sumpliisse, cur non ab amato- potius, quo, nisi condiantur, egregie prædicta sunt, dici ea arbitrentur? quod quidem proprius ad Ligustici vocabuli simplicitatem accedit, qui Marciana ea vocant. Carterum cum Diocorides & reliqui Medici hanc & aliam Mandragoræ speciem frequenti usu sumptum inter venena conju- merent, Marciana vero, quæ totius literalis signatur tractu modo centia in juventutis, modo cog- ditato aceto sceniculosa, superinsperso, in acetaria & frequenter & copiose anno toto eduntur, nihil affterunt incommodi, sed & grata gustui, & corpori salubria sunt, nullo mali pacto videtur inter mandragoras recensenda. Ad hæc cum Diocor, Mandragore poma ovi vitelli similia dicat, vel lanæ nucis alii Marciana nihil habent quo vel ovorum vitellis, vel id genus nucibus & quiparum possint: imo totius ovi speciem & magnitudinem præ se ferunt, plerumque us etiam grandior, co- diffentia, quod punicei coloris sumbris ab ea parte, quæ Soli exposita est, non sine spectantiam p- plu-

A plausu & obiectatione dispeccuntur: cumque valde maturerint, totæ puniceæ fiunt, parte à Sole tacta semper densius colorata. Sed ut ad formam radicis quæ verè mandragora dicitur, revertatur, id estiam miror, cur una cum Pythagora Columellam etiam nihil pendant, qui Pythagoricam siccatus nuncupationem, ita super ea canit:

*Quamvis semihominis vesano gramine fata,  
Mandragora pariat flores, mortamque cicutam.*

Quod vero Columella vesano gramine posuit, ad herbæ vim respexit, quæ aliter & Morion dicitur: ea enim, ut Medici tradidere, drachmæ unius pondere, vel in polenta, vel elculentis alijs data, fatuam inducit. Eucherius super hac in Genesi, nihil aliud dicit, nisi mandragoram genus pomi esse patro peponi simillimum; quæ quidem forma ad Ligustica, quæ dicebamus Amarezana, proxime accederet, nisi obstante reliqua veneno super tradita.

## LÆTITIA. CAP. XXXIX.

Sed ut mandragoram ab omni absolvamus ignominia, Xenophon cam pro lætitia arguento citatis, apud quem in Symposium Socrates ait, vinum non aliter moriori mederi, quam mandragora hominibus, lætitiamque non aliter excitare, quam oculum insperfum igni flamمام. Porro si mandragora venenum esset, aut manfa incommodum aliquod afferret, cur 30. Genesios cap. Ruben tristæ messis tempore in agrum exierit mandragoras reperturus, quas ad Liam matrem suam defteret, & Rachel explorata repetierit a sorore, ut in ejusmodi plantæ participatum admitteretur? cui Lia responderit: *Parumne tibi videtur, quod maritum mibi præcipuerit, nisi mandragoras etiam filii Genes. 30.* mi industria conquistas tibi vendicare cogites? & quæ de nocte mox pacta sequuntur mandragoræ prelio concessa. Unde suspicari possim, apud scriptores nostros parum de mandragora liquere, antiquissimum ejus usum & utilitatem esse temporibus nostris incognitam. Quod vero manifestissimum est, prisco illi seculo, ex historia sacra, cibum omnium pretiosissimum fuisse apparet: nostro autem tempore, si ea Ligustica Amarezana est, cum tot condimentis inferiat, & olerum omio per universum annum sit utilissima, facessere jucundos qui eam infamem imaginantur. Sed qui plura super ea quæsierit, ad Plinium se conferat, l. 25. c. 13.

*Mattheo-  
lus in Dio-  
fcor, ibid.*

## DE BULBIS.

## NUPTIAE. CAP. XL.

Sunt qui nuptias, atq; maritalē copulam (ita enim Græci γάμον intelligunt) per hieroglyphi- *Dioscorides* sum Bulbi significati velint: eo enim plurimi veteres utebantur ad languentem Venerem ex. 1.2.c.165, citandam. Et viri in novis nuptiis prima die, authore Varrone de vita Patrum, bulbos comedebant. Hinc illud apud Martialem facete dictum:

*Cum sit annus conjux, & sint tibi mortua membra,  
Nil aliud bulbis quam satur esse potes.*

Sed hoc Martial. ex Aristoph. desumptissile videtur, ubi juvenis, Concionatricibus, à duabus vetulis Καλλθραγίδα distractus, querit ab eis; quanam possit ratione duo eodem tempore navigia agitare? respondet βόλων, χε-una, Postquam bulborum ollam devoraveris. Docet vero M. Varro bulbos aqua decoquere ad reges: *Qui usum Veneris. Apitius addit nucleus pincos, & semen erucæ cum pipere.*

*devorares  
bulborum  
ollam.*

## DE CICUTA. XL.

Sed quoniam nequitia lati ubiq; est, longe utilius fore existimo. si quæ ad ardorem Veneris po-

tius extinguendum proponantur, quam quæ laiciyam fovere doceant, commemoretus.

Yyy 2

CASTI-